Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



D.

Quod corpus xpi tempestates tollit. xcuj.

Pagulegia fuit quidam uenandus spiritus. Florentius nomine, uir plenus fide. Quadam autem uice cum demones humani generis hostes deo permittente aeria petiissent, facta est nubium horribilis dispositio, et tam uehemens tamque ualida elementorum ventorumque collisio, ut insignent tonitrua, terribiliter mugencia, inde procederent coruscationes et fulgura, indeque exiret uorax flama, que non solum segetes et olineta, uinea, aedificia proxime ciuitatis, sed et adiacentis regionis combussit, imo lapides redegit in cineres. Lapides uero grandinis tam magni fuerunt, ut onus excederent quantitatem. Non nulli hanc ergo in audita superiori uidentes corpori commotionem putabant diem ultimum aduenisse, et incedentes uelut amentes abscondebant se in speluncis. a facie tempestatis. Cum sanctus sacerdos corpus dominicum accepit, et sub diuo stans grandini ac tempestati opposuit, magnaque uoce clamauit. O demones, demones, huius aure intentores, cultinete et audete, ecce adest dominus omnium seculorum, iudex uester, et redemptor nostrum. Res mira, multumque uenerandum. Sicque ut spiritualia clamauit, auditus est ab omnibus rugitus, sibilus, et ululatus demonum fugientium, et in aere uociferantium. Ve uobis uobis. Adest enim filius marie. Pereat qui eum adduxit, quia uiam nobis tendi nobis abstulit. His dictis, primus ordo illa malignantium turba disparuit, et tanta serenitas in momento sequta est, quod nec uestigium nubecule in aere apparebat.

Quod xpi corpus disparuit dum Hugo obiit.

Hugo de scto . xcuj.

Victore doctor excellentissimus, et in omni scia